

CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

vnius panis & vnum corpus multi sumus , qui de vno pane & de vno calice participamus. Quamobrem ab huius conuiuij spirituali participatione ione absunt , qui inuidiæ vel odij veneno infecti , aut iracundiæ furore repleti fuerint. Monendi itaq; sunt qui communicare desiderant , vt deposita omni similitate , diligent alterutrum , vt vnius corporis membra , vt non sit schisma in corpore , sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra.

Quomodo singulis dominicis diebus plebs ad audiendā missam se præparabit. Cap. XXIII.

Docendus quoque populus , vt qui iuxta antiquum ecclesiæ ritum singulis dominicis diebus ad communicandum corpori & sanguini dominico non se præparat , missæ saltem parochiali , hisce , alijq; festis diebus interstitit , vt tametsi inter sacrificantem & assistentes non sit (more illo antiquo) tam frequens sacramentalis communio , sit saltem sacra doctrinæ , pia exhortationis , precatiōis , laudis , & gratiarum actionis communio , vt sic quotdammodo omnes spiritualiter communicent , cum desiderio etiam sacramētū & hoc at- taliter communicandi . Ne vero populus ab hac missa parochiali & ab au- tendendum de cōf. dis. 5 ditione verbi dei distrahaet , placuerit nobis , vt si quæ sint aliæ missæ legen- Ex cōf. Car dæ die dominico , haec inchoentur primum post verbi prædicationem fini- tha. c. sacer- tam , quemadmodum latius in Visitatione secundum diuersorum locorum dore , de con- sc. dist. 1. mores ordinare studebimus.

Docendus populus generatim , quid agatur in missa. Cap. XXV.

Docendus populus generatim , quid agatur in missa , & quibus partibus cōstet. Constat siquidem psalmodia , quem vocamus introitum , inuocatiōne & gloriola celebratione sanctissimæ trinitatis , quæ in canticiis Kyrieleyson , & Gloria in excelsis deo , peraguntur , precatiōne seu Collecta , recitatione verborum propheticorum aut apostolicorum , quam vocamus Epistolam , sacris canticiis , quæ vocamus Gradualia & Alleluia , & quæ sequuntur lectione euangelica , symboli recitatione seu professione fidei catholice cantico , quod non sine mysterio Offertorium appellatum est , Gratiarum actione , quæ dicta est Præfatio , religiosa commemoratione mortis , consecratione corporis & sanguinis dominici , quæ fit in Canone . Rursus , precatiōibus , inter quas est precatio dominica , Sequitur osculum pacis , symbolum Christianæ charitatis , mox Communio . Rursus sacrum canticum , quod commune appellatur & precatio . Postremo loco , sacerdos totum populum velut in suam tutelam receptum , deo benedictione tradit , atque commendat , vt perseueret in affectu pietatis , mutuaq; charitate , quorum quum admonetur populus , incipiet nedum credere , sed & sentire , quod in missa nihil non sit piū ac venerandum.

Cor.